Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



141 133

et nõ erit qui exterreat. Auferam malas bestias: et
gladius non transibit terminos vestros. Persequemini in
imicos vestros: et corruent coram vobis. Persequetur qui
q: de vestris centum alienos: et centum ex vobis decem
milia. Cadent inimici vestri in conspectu vestro gladio. Re
spiciam vos et crescere faciam: multiplicabimini et firma
bo pactum meum vobiscum. Et comedetis veterrimi
ma veterum: et vetera novis superponentes: ponam
tabernaculum meum in medio vestri: et nõ abi
ciet vos anima mea. Et ambulabo inter vos
et ero deus vester vos q: eritis populus meus: dicit dnus ops.
Alla ỳ Sancti spiritus due corda nra munde in filio et sim cons
tituta aspersione secunde. In mediate. Graduale.
Deus quis ops deus: ut salutaribus ieiunii expiationis ab
omnibus etiam vitiis abstinentes, piis adhortationibus
tuam facilius impetremus. Per. Lectio danielis prophete
In diebus illis: Angelus dni descendit cum azaria
et sociis eius in fornacem et expulit flammam ignis
de fornace et fecit medium fornacis quasi ventum ro
ris flantem: flamma autem diffusa est super fornacem
cubitus quadraginta novem et incendit quos reperit
iuxta fornacem de caldeis ministros regis qui eam in
cendebant: illos autem omino non tetigit ignis neq: con
turbavit nec quicquam molestiae intulit. Tunc hy tres
quasi ex uno ore laudabant et glificabant et bene
dicebant deo in fornace dicentes. Alleluia ỳ Benedictus
es dens patrum nrõrum et laudabilis in secla. Gradale.
Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ig
nium concede, propitius: ut nos famulos tuos
non exurat flamma vitiorum. Lectio epistole beati p. a. ad romanos